



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinger, Joseph**

**[S.l.], Anno MDCLXXXII.**

19. Junij. 13. Cal. Julij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45295**

Humi-  
litas  
enco-  
mium.

*Magna, fratres, magna & subli-  
mis virtus humilitas; quæ promere-  
tur, quod non docetur: digna adipi-  
sci, quod non solet addisci: digna à  
Verbo, & de Verbo concipere, quod  
suis ipsa verbis explicare non potest.*



19. Junij. 13. Cal. Julij.

Promo-  
tus año  
1149.

**B. JOANNES:** quem cum sanctus  
**B. BERNARDUS** inter filios suos  
laudatissimum invenisset, ad conden-  
dam Laudem, seu monasterium Lau-  
dense in Belgium misit: nempe ut tibi  
majorem offerret segetem comparan-  
dæ laudis. Quam copiosè collegisti re-  
gimine sapientiâ & virtutibus pleno;  
præcipuè fervidâ diligentia, cantandi  
graviter & decorè laudes divinas: quas  
æternum cum beatorum choris modu-  
laturus, feliciter ex hac vita transivisti  
ad immortalem. *Doce me toto, ut ajunt,  
pectore ad laudem incumbere: non quam  
ab adulantium vanitate stulti venantur,  
sed, quam tu tantopere amâsti, divinam,  
& cui nihil præponendum, S. Regula jubet.*

Laus  
divina

B. HER-

B.HERTWICE, monasterij Hem-<sup>Obijt</sup>  
 menrodensis Prior: qui cum munus il-<sup>anno</sup>  
 lud in magna, sed hominibus ignota, 1221.  
 sanctimonia sustinisses, in ipsa tan-  
 dem ultima vitæ hora aperuisti, quàm  
 te amaverint superi. Fataki enim mor-  
 bo cum mox moriturus esse videreris,  
 subito receptis viribus, orantes circa  
 lectulum fratres ad suas quemq; fun-  
 ctiones discedere iussisti, altera die eâ-  
 dem horâ redituros; tunc enim à Do-  
 mino te ex hac miseræ valle educen-<sup>Angelî</sup>  
 dum. Rediere quidem illi statutâ ho-<sup>accinuit</sup>  
 râ, sed non soli: suavissimus enim An-<sup>mori-</sup>  
 gelorum cantus fratrum psallentium <sup>bundo.</sup>  
 vocibus auditus est misceri. *Moriendi*  
*modum desinit vitæ methodus. Grande, si* <sup>Mors</sup>  
*agnosceremus, beneficium Dei, tam grave* <sup>est echo</sup>  
*negotium arbitrio nostro relinquentis. Tu* <sup>vict.</sup>  
*me bene mori optantem, doce bene vivere.*

S. BERNARDUS, ser. 65. in Cant.

Qualem te paraveris Deo, talis oportet  
 appareat tibi Dominus. Cum sancto  
 sanctus erit, & cum innocente in-<sup>DEUS</sup>  
 nocens erit. Quidni & cum amante <sup>omni-</sup>  
 amans, & cum vacante vacans, <sup>bus est</sup>  
 & cum intento intentus, & <sup>omnia.</sup>  
 cum sollicito sollicitus?